

Appendix. — Europa Nro. 86.

Regnum Mortuorum.

Dialogi inter mortuos.

Elysium — Meum. — Die 14. Octobris 1808.

Hic vir, hic est, tibi quem promitti saepius audis.

Virgil.

Manes colloquentes:

Mercurius. — Clio, Dea Historiae.

Clio. — Unde tam inopinate venis amice?

Mercurius. — Miraris nonne, qui fiat, quod me hic in vestibulo templi oraculorum offendas? Recta ad te ire intendebam, mallem tamen pius cum Fama loqui.

Clio. — Eventitae momentosi quid? eloquere, quaeso Amice, edic!

Mercurius. — Vidi Erfordiae ambos Imperatores, qui orientali, et occidentali imperant Europae.

Clio. — Deciderunt ergo sortem Continentis? effare quaeso! quibus auxiliis? cur? quomodo? quando?

Mercurius. — Acu tu quidem rem tet gisti. Sed quomodo? aut qua ratione? atris adhuc involutum est tenebris, eapropterque Acta concernentia ad templum oraculorum deponere pergo. Continent enim oracula, quae tu suo tempore ad posteritatem transmittes.

Clio. — Jussa igitur Deorum, hominumque Patris explēs?

Mercurius. — Jovis omnino, coram quo contremiscunt omnia, sed qui et ipse fratrem suum Neptunum metuere debet. Imperat quidem super caelum, et terram, at maria —

Clio. — Quid Numen hoc aequoreum contra Omnipotentem?

Mercurius. — Plus potest, quam tu forte putas. Consedit in insula Albion, vibratque fulmina per maria, quem admodum per Continentem Jupiter. Ab olim jam potentia Jovis non terretur. Memineris enim scandalosae illius Scenae, cum illum Jupiter in bello Trojano inter Grajos conreponeret, mandaretque, ut se domum conferret, at ille Jidi reponeret: „Non nosco hanc fratris superbiam. Saturnus communis pater est noster, omnesque nos Rhea genuit. Frustra me terriere nititur.“

Clio. — Memini equidem; at recordor simul, eum, svadente Iride, ad saniora rediisse, supremamque fratris natu majoris potestatem agnovisse. An non idem et nunc facere debebit?

Mercurius. — Est perversax, intractabilis, euidamque Canning simillimus. An oblitus jam es, illum vice quadam auxilio Apollinis, Jovem superasse?

Clio. — Memini et hujus; sed nonne insolentiam hanc expiare, adque mandatum Regis Laomedontis, validis moenibus Trojam cingere debuerat?

Mercurius. — Sed tertia jam vice refractarius est, magnumque Continenti damnum infert. Ejus perversitatis, et dominandi libidini, omnia bella, quae inde a 20 annis geruntur, sunt adscribenda. Imo, asseverant multi, eum Revolutionis Gallicanae auctorem fuisse, sed procul a scopo aberrasse, siquidem ipsa haec Revolutio eos produxerit eventus, talesque consurgere fecerit viros, qui eum sine dubio percipient. Loquitur nunc in forma hominis, qui Canning adpellatur, quique Hispaniam et Lusitaniam terribi involvit Revolutione; licet convictus sit, infelicia haec Regna illi tandem subjicienda fore, qui jure Martis vicarius nominatur.

Clio. — Probabilius nunc Erfordiae. — —

Mercurius. — Sine dubio consultaverint illic ambo Imperatores, qualiter Neptunus coarctandus sit. Proponentur certo tales conditiones, quae tantopere afflictas humanitati adaequatae futurae sunt. Sed si acceptatae non fuerint, Famae in mandatis dare jussus sum, ut per orbem universum crimina pertinacis hujus, et crudelis Numinis late strepente buccina sua promulget.

Clio. Habeo tibi gratias, quod mihi haec ad amicam aurem communicaveris, ego vero nunc orbi literario more solito communicare pergo.

Diarium Politicum.

Petropoli scribitur: Ministrum Russicum Rei navalis, Praetorem *Tschnischnakov* e Baltiportu Petropolim rediisse, eumque tam insignes fecisse dispositiones, ut classis Anglicano-Svecica, quae viribus longe praevalet, in magna a Baltiportu consistat distantia. Interea ferunt Ephemerides Hafnienses, tres naves classicas anglicanas in mari baltico advenisse, ut numerum navium classis Anglicano-Svecicae, ante Baltiportum consistentis, auferent, unde colligere licet, evenire posse, ut aut classem Russicam in Baltiportu existentem abripiant, aut accendant. Res certe reflexione digna est, quod Angli toto aestatis tempore nihil hostilis contra Russos moliti sint, sed ut primum audire erat, profecturum Imperatorem Alexandrum Erfordiam, ut cum Napoleone conveniret, illico classis Anglicano-Svecica

hostil
ning
bore
quam
alter
quae
sit in

veni
cessi
tuo
Mort
prae
Regi
no a
prio
deni
Cons

Lusi
ria
quae
30,0
dis
Angl
dida
sisse
his
e Lu
injta
bus,
Rus
clas
cont
host
Sve
Con
Da
bus
tum
tur
exe
ita
inep
tan
Ang
liun

hostilem in modum agere caepit. — Minister Anglicus Canning pertinax vir est, at praedecessor ejus Pitt multo labore in Parlamento glaciem fregit, viamque stravit, per quam nunc Canning gravissima facile vehit onera. — Tu ita alter honores. — Adpropinquat interea glacialis hyems, quae classem Anglicano-Svevicam ad securum portum, qui sit inexpugnabilis, ire coget, ne reddatur immobilis.

Amstelodamo die 7. Octobris. — Hesternae die Rex advenit, rursusque absolutis urgentibus negotiis publicis, discussit. — Summum imperium navis classicae *Chatham*, mortuo Generale *Kraft*, Rex Generali *Ruysch* concessit. Mortuus est praeterea Commendator ordinis Unionis, Praetor, et Generalis Grenaderiorum apud Rem navalem Regiam *Petrus Hartsink*, die 8 Julii in Baltimore, anno aetatis 45. — commercium hollanicum haeret: nihil priore hebdomade emptum, nihil etiam venditum habetur, denique nullae sunt ad partes transmissae merces, cum Consul Gallicus Recognitionales dare detrectaverit.

Londino die 18. Septembris. — Eventus nevissimi in Lusitania, incontentissimum reddiderunt Publicum. Victoria Exercitus Anglici ei paradoxa apparet. Qua ratione — quaerit — accidere potuit, ut exercitus Anglicus, qui ultra 30,000 numeravit, 10,000 Gallorum, cum armis, et praedictis ideo in Patriam liberos dimiserit, ut illic rursus contra Angliam pugnare pergant? Hoccine est consecratum splendidae ad *Vincira* victoriae, ubi Gallus 4000 suorum amisisset dicebatur? Aut quid poterat aliud exercitus Gallicus his in circumstantiis ardentius exoptare, quam excessum e Lusitania? — Conventio cum Praetore Russico *Siniavin* iniita, non minus est honorifica. Classis Russica e 9. navibus, et una subsidiaria constans, ad Angliam deducitur, Russis iniita pace restituenda. Officiales autem Russici, et classarii milites domum redeunt, procul dubio in continente contra unicum foederatum nostrum pugnaturi. Sinimus ergo hostes e Lusitania abire, ut eos contra infelicem Regem Sveciae mittamus! — Populus Londinensis adeo aegre fert Conventionem cum Generale *Junot* initam, ut Generalem *Dalrymple*, qui eam subscripsit, in effigie publice combusserit. Exercitus noster — continuant Angli — viribus multum praevalebat, et quod plus, Generalis *Junot* destituebatur comaeatu, insuper 1300 Insurgentes lusitanicos apud exercitum nostrum habuimus. Sed nempe positio hostilis ita Generali *Dalrymple* insuperabilis apparuit, ut maluerit, ineptam hanc Conventionem inire, quam se, extrema tentando, periculo exponere. Ita bene organisatus Exercitus Anglicus, accedentibus tam favorabilibus circumstantiis, aliquid sane effectum producere potuisset.

Naves Russicae, vigore Conventionis per Anglos inter-

mialiter retentae, sunt sequentes; Tvesday, sub Proprietore Seniavin, 74 tormentorum, cum 736 militibus; Skoroy, sub Capitaneo Schelling, 60 tormentorum, cum 524 militibus; S. Helena, sub Capitaneo Bitcherskoy, 74 tormentorum, cum 598 militibus; S. Raphael sub Capitaneo Roschroff 74 Tormentorium, cum 610 militibus; Rätvisan, sub Capitaneo Ritschoff, 66 tormentorum, cum 648 militibus; Silvey, sub Capitaneo Ma ygrine, 74 tormentorum, cum 604 militibus; Motchnoy, sub Capitaneo Rasposoff, 74 tormentorum, cum 609 militibus; Tilafaet, sub Capitaneo Bitscherskoy, 80 tormentorum, cum 646 militibus; Jaroslav, sub Capitaneo Kilkoff, 74 tormentorum, cum 537 militibus; denique navis subsidiaria, sub Capitaneo Kilduyn, 25 tormentorum, et 222 militibus. Universim 10 Naves, cum 676 tormentis, et 5654 militibus.

Erfordia die 12. Octobris. — Die 8. Octobris Ducissa Vihariensis advenit. Die eadem Generalis Austriacus B. Vincent altera vice cum Imperatore Napoleone constituebatur. Die 9. Octobris a meridie hora quarta Imperator Russorum cum M. Duce Constantino ad Imperatorem Napoleonem in-visit, congregatis jam praevis ibidem Rege, et Regina Vestphaliae, Regibus item Bavariae, Saxoniae, et Vitembergae. Die eadem celebris Author classicus *Vieland*, accessum ad Imperatorem Galliae obtinuit. Professor autem Lipsiensis *Erhard* versionem suam codicis Napoleonis exhibuit. — Die 10. Octobris Rex cum Regina Vestphaliae Erfordia Cassellas discessit. Princeps Primas, qui olim longo tempore in qualitate Gubernatoris Erfordiae residebat, etiam hac die, moestis incolis, Erfordia abcessit. — Dicitur, quod Imperator Napoleon proxime Resoluti nem, debita tractus sinistri Rhenani concernentem, editurus sit, quam multae familiae ardentem exoptant. Status Consiliarius *Jollivet* ordines jam accepit, ut desuper quo ocyus relationem praestet. — Promiserat Imperator Napoleon, se Civitati *Jenenti*, quae occasione ultimi belli notorie multum passa fuerat, auxilio futurum. — Complures transportus pecuniarum, qui Birutho huc allati sunt, apud Cassirium bellicum depositi habentur. Die 14. Octobris Imperator Gallorum, et Russorum Erfordia discessuri sunt, diciturque, quod Generalis *Oudinot* Imperatorem Alexandrum ad limites Russicos usque sit comitaturus.

In Russia nova tyronum militarium lectio obtinet, ita ut centesimus quisque deligatur; per dispositionem hanc Exercitus 100,000 militibus augebitur. — E Congressu Erfordiensis multa bona sperant Borussi, plurimumque in mediatione Russica confidunt. — Die 15. Octobris Imperator Napoleon Francofurtum advenit; Princeps Primas eidem etiam processit, cunctis Civibus sollemniter assistentibus.

r
t
e
y
a
.
.
n
.
a
-
c
m
c
e
o
m
d
is
ae
et
e-
ri,
it,
n,
e-
et
e-
is-
ita
ne
Er-
nt-
tor
em
us.



